





1776.

1. * Keesius, Jacobus Fridericus: Rhapsodice
supplementa. Programma, quo ordinarius senior
et reliqui Doctores fac. jur. solenniter doctora.
cia Jacobi Friderici Keesii indicunt.
2. * Schramburg, Carolus Henricus, Comes a:
Rhapsodice supplementa. Programma, quo ordi.
narius senior ceterique Doctores fac. jur.
solenniter doctoralia Caroli Henrici Schramburg
Comitis a Schoenburg indicunt.
3. Baucus, Henricus Godfridus: Legitimationem
per subsequens matrimonium, nobili Luben
Germanorum jure non restaurare.
4. Baucus, Henricus Godfridus: Super decisione
Ed. Lipsa. 18 J. 9. 1746.
5. Baucus, Henricus Godfridus: Terminii C. 2
C. de res. vendit.
6. Brauning, Christianus Henr: An tutor, qui pater
sui vitiosus factus, a tutela liberetur?

1776.

7. Breuning, Christianus Huc: An legata eodem
quantitas plures in eodem testamento plures
quove ab herede solvenda?²
8. Breuning, Christianus Huc: An conjux in con-
jugis bona propria auctoritate dote succe-
dat ex cocto: unde vir et uxor.
9. Breuning, Christianus Huc: An haereditas
magistratus cum curatore mente capti
de hereditate illius valeat in detrimen-
tum cognatorum non consentientium?²
10. Breuning, Christianus Huc: De matrimonio
cum secunda conjuge contracto prior non
repudiata
11. Breuning, Christianus Huc: De testamento no-
laris et duobus testibus oblato.
12. Breuning, Christianus Huc: An venditor pig-
noris a creditore semper liberetur debitor?

1776

13. Breuning, Christianus Hen: Veri furtivae
deposito
14. Breuning, Christianus Hen: An cuius portio vis
hereditariae alienatio interdicta, ejus,
quod ad eum jure acquirit, alie-
natio simul prohibita sit?
15. Breuning, Christianus Hen: An substitutio
valeat in testamento parentum privilegiorum.
16. Breuning, Christianus Hen: An purgatorium
in criminali causa a clerico praestitum
sit justa remotionis causa?
17. Breuning, Christianus Hen: An locator vel proprius
locatarii indigentiam conductorem expellens
cogi possit, ut, si sufficiat partem pecuniae
concedat & conductori?
18. Breuning, Christianus Hen: An homines proprii
teneantur redimere servitia domestica seu
die Transylvanicae, si ad ea praestanda paranti

1776.

19. Breuning, Christianus Haer: An in processu executionis per remedium ext. si contendantur exceptiones tempore non periturae in jud. cum de hoc possint?
20. Breuning, Christianus Haer: De exceptione testamenti inaffiliari
21. Breuning, Christianus Haer: An hypotheca in re immobilis a directo domino confirmata sit privilegia
22. Breuning, Christianus Haer: De modo coercendi furti etstellionatus in rebus mercatoris
23. Breuning, Christianus Haer: An defectus virginitalis Declarationi nullitatis matrimonii concedat locum?
24. Breuning, Christianus Haer: An in rem communem venditam ab uno dominorum, nihilominus ab alio debitorum possit creditor in iure dari?
25. Breuning, Christianus Haer: An res vendita, non vero tradita, si postea contractus eviti impugnetur, fiat litigiosa.

1776.

26. Breuning, Christianus Henr: An exmissus conductor ex constituto possessorio possit adhaec agere ex vendito ad retrovendendum ea pacto?
27. Breuning, Christianus Henr: An remedium § 2 P. de annal. except. tollat Publicianam actionem rescissoriam?
28. Breuning, Christianus Henr: De spurio creditorum privilegio expellendi operarios cum strepitibus laborantes.
29. Breuning, Christianus Henr: An privilegia concessa titulo gratuito morte concedentis ea spirant?
30. Breuning, Christianus Henr: An matrimonium cum surdo et muta sit legitimum?
31. Vales, Iohann Riviericus: De exceptionibus post interlocutionem super litis contestatione contra ordinem valide opponendis.
32. Forbiger, Theophilus Samuel: De numeribus ecclesiasticis aetate apostolorum.

1776.

33. Francke, Huricus Gottlieb, fac. jur. pro-cancellarius: De lite caemtionis Glescheusis. Programma, quo solennia doctoralia indicit.
34. Francke, Huricus Gottlieb: De ortu et praecipuis mutationibus Senioratus in Serenissimo Ducum Saxoniae gentis Ernestinae civitate. Programma, quo ad solennia magistrorum invitatur.
35. Funcklerus, Johannes Godtfredus: De crimine omni-
tionis.
36. Green, August Fridericus Hippmannus, fac. jur. pro-cancellarius: An vidua, quae statutarium provisionem capit, pro herede mariti habenda sit? Programma, quo solennia doctoralia indicit.

Ma.

Pa.

L.

is

so

ed

mit.

so

por.

nit?

heit.

se



Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.







9456

1776, 4.

AD
DECISION. EL. SAXON. XVIII.
d. a. MDCCXLVI.

DISSERTATIO
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
PRAESIDE
D. HENRICO GODOFREDO
BAVERO

SVPR. CVR. PROVINCIAL. LIPS. ASSESS. ORDINAR. RELL.
D. XXV. APRIL. A. C. MDCCCLXXVI.

IN AVDITORIO ICTORVM
TVEBITVR
GODOFREDVS ADOLPHVS MEY
ZVSCENDORFF. MISN.

LIPSIAE
EX OFFICINA BÜTTNERIA.





§ I.

Postis rationi juris civilis consentaneis, ut opinor, limitibus juris remedii, quod in *l. 2. C. d. resc. vendit.* continetur, quam amice his praeceptis respondeat *Decif. Sax. El. XVIII.* singula ejus verba loquuntur. Quaestionem proponit, geradae venditrix nostro juris beneficio uti valeat, nec ne. Geradam, juris Germanici dictionem, scimus esse universitatem, quae res omnes ad usum, imprimis mundum, muliebrem pertinentes complectitur, tam late vagantem, ut multa, masculis etiam ad vitam opportune & commode transigendam necessaria, contineat. Hujus successionem solis, praeter filium clericum, foeminis cognatis tributam, adeo legitimam constituit jus nostrum, ut nec testamento, nec alia ulla concepta mortis ergo dispositione, ne quidem donatione mortis causa facta possit interverti.

)(2

Inter

Inter vivos tamen per donationem, venditionem, permutationem aliove modo alienari potest, ut tantum, ob donationum inter conjuges prohibitionem, marito eam donare, non liceat. Inde fit, quoniam foeminae saepius aliis melius, quam geradicae heredi, cupiunt, simulque se ipsas geradae commodo & usu destituere nolunt, ut eam vel donent, vel vendant, sibi que ejus fructum ad dies vitae recipiant.

§. 2.

Solet autem vel sic Gerada alienari, ut, facta brevibus mentione aliquot generum rerum, quae ad eam pertinent, calcitarum plumearum, stratorum, vestitus mulieribus, cistarum, & id genus aliarum, ipsam universitatem geradam, donatam vel venditam, declarent, pecuniam quantitate determinatam se accepisse fateantur, clavesque, tanquam simbola, intervenientia transferendi domini causa, emtori vel donatario tradant, eosque ob reservationem usufructum statim recipiant: Vel, ut res geradicas suas singulas, certe praecipuas, addita generali clausula, nominent. Vtrumque hoc interest, ut, singulis rebus adductis, nullius rei geradicae in alium transferendae mulier venditrix vel donans habeat potestatem, contra postea quaesitae, nisi ad has orationem simul diferte direxerit, facta alienatione non simul contineantur.

§. 3.

Donatio autem vel venditio ipsius geradicae universitatis & facultatem singulas res geradicas, quavis ratione velit, alienandi salvam possessori relinquit, & quas novas comparat, universitatis ambitu comprehendit. Utrum-

Utrumque natura universitatis efficit, quippe incrementi pariter, atque decrementi capax. Hoc adeo indubium praxis agnoscit, ut, quanquam per tria prope lustra in iudicandis causis controversis occupatus fui, ne unius quidem exempli mentem subeat memoria, quo geradae vel emtor, vel donatarius, factam postea singularis rei geradae alienationem, vel viva muliere possessore, vel mortua ea, impugnaverit.

§. 4.

Verbis tamen Decisionis nostrae, inmaassen ihr auch durch dergleichen Verkauf die Gewalt, einzelne Geradestücken von geringen Werthe zu verschenken, oder sonst zu veräußern nicht benommen wird, und wenn sie dergleichen verpfändet, ihre Erben solche einzulösen nicht verbunden sind, monemur, non plane & omnino liberam esse singulas res alienandi licentiam, facta ipsius universitatis venditione. Et, quum haec restrictio variis litibus movendis ansam praebere possit, non abs re erit huc notare sequentia. Primo, considerandum esse, oneroso, an lucrativo, titulo alienata sit geradae proprietates. Etsi enim lex nostra solam venditionem nominat, hoc non propterea Llatorem fecisse existimandum est, ut permutationem aliasve onerosas causas excludat, sed, quoniam frequentissimum alienationis, quae ob mutuum praestationem fit, genus est venditio. Igitur, facta ob quamvis causam onerosam geradae proprietatis alienatione, usufructuaria res singulas majoris momenti alii concedere nequit.

Dein, quia videndum est, quod agitur, non, quod simulatur, exigua et pretio geradae plane difforni pecunia interposita, licet negotium partes venditionem dixerint, illud pro donatione potius in re praesenti habendum esse, factamque dein rerum singularium, etiam pretiosarum, dominii causa concessionem validam reputandam. Fit enim plerumque geradae alienatio involucri causae, qua inter vivos transferri dominia solent, non eo animo, ut desinat esse mulieris, quae causam ejusmodi profitetur, et ut haec pro ea pretium accipiat, verum, quia mortis causa super ea statuere jura non sinunt, ut impediatur successio legitima. Igitur, nominata etiam venditione, si quid valet usus et experientia, praesumere debemus, beneficium emtori tribuendum fuisse mulieri venditrici. Siquidem quotidie videas, finito vix negotio, reddi expressum in venditionis instrumento emtionis pretium. Quam ob rem, quum nemini beneficium suum damnosum esse jus permittat, donandi vendendique res geradicas singulares arbitrii limitationem, lege nostra propositam, existimo ad ea exempla cogendam esse, in quibus probari possit, veram venditionem intercessisse.

§. 6.

Quod in §pho 5. dixi, vendita ab vxore marito gerada, ob concurrentes alias causas, regulariter admitti nequit. Videlicet maritus, quum sit nostro jure omnium rerum vxoriarum, solis receptitiis, exceptis, fructuarius, etiam geradae, si non pacto antenuptiali annumerata est recepti-


pretiis, fructum cum vxore communem habeat, oportet. Quod ipsi jus invito quum auferri nequeat, et ob id vxor, geradae domina, nihil, quod sit alicujus pretii, minima enim praetor non curat, alienare valeat, hac facultate potiri non potest, si vniverstatis proprietatem, vel alii, vel ipsi marito concessit. Planeque nihil attinet vxores nostra decifio. Etenim in receptitiis vxores aliarum mulierum jure aestimantur.

§. 7.

Porro ex parte legis patriae in §. 4ta recitata meo iudicio consequitur, vt, si nullam dicat geradae ex emto proprietarius susceptam rei singularis ab vfructuaria vel donationem, vel venditionem, iudicis arbitrii sit res majoris vel levioris pretii habenda sit, idque ex qualitate rei subjectae, id est, ex collatione pretii totius vniverstatis rei que litigiosae, habita simul personae conditionis ratione, decernendum. Neminem praeterit, honestiores ditioresque cives tantum saepius vni convivio impendere, quantum alimentis alii per annum integrum praebendis possit suppetere, multosque anno tantum consumere, quantum vilioris conditionis civi in omnem vitam sufficiat. Ex quo patet, absolute certum constitui non posse, quale pretium majus, quale minus haberi debeat.

§. 8.

Id quidem non miror, locum dare noluisse Serenissimum Llatorem beneficio *l. 2. C. d. resc. vendit.* contra venditionem geradae, quam vfructus reservatio comitatur; adjectam habeat rerum singularium configuratione-



gnationem, an minus, coarctetque adeo facultatem singulas res alienandi, an penitus excludat. Etenim usufructus venditrici concessus, ob tempus vitae incertum, quamdiu sit duraturus, definiri nequit, et ob id aeque minus ad certam summam reduci laesio. Idque desiderat, ut antea probavimus, lex memorata.

§. 9.

Verum, quia libertas merito dicitur res omnium maxime favorabilis, et ne sagacissimus quidem praevidet, quod ardentissimis desideriis prosequitur, annon brevi odio ipsi vel molestiae futurum sit, facile mulieri praefertim, quas nobis infirmiores et minus constantes esse volunt, contingere potest, ut haec libertatis amissio admodum gravis ipsi videatur. Cui propterea vehementer consulendum est, ut liberrimam super rebus singulis, pretiosissimis etiam, statuendi, easque vendendi donandive potestatem, tanquam legem conditionemque venditioni adjiciat. Quod ad stabiliendam validamque efficiendam geradae venditionem pertinere duco, si a muliere minoris aetatis fiat. Cui scimus succurri contra quameunque laesionem. Neque omnino cerebrina existimanda est haec laesio, si quidem adversa fortuna, vel temporis conditionumque varietate etiam opulentioribus non raro evenire videas, ut vel oporteat, res, quarum usu sat commode carere possint, justo pretio vendere, vel certe hoc ipsis sit proficuum. In quam rem memini haud ita pridem collegium Ictorum Lipsiensium respondisse.



Leipzig, Diss., 1776 A-G

ULB Halle

3

004 853 253



f

TA-70L

aus 34 Stk. bisher verkauft

VD
18





9456

1776, 4.

AD
DECISION. EL. SAXON. XVIII.
d. a. MDCCXLVI.

DISSERTATIO
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
PRAESIDE
D. HENRICO GODOFREDO
BAVERO
SVPR. CVR. PROVINCIAL. LIPS. ASSESS. ORDINAR. RELL.
D. XXV. APRIL. A. C. MDCCCLXXVI.
IN AVDITORIO ICTORVM
TVEBITVR
GODOFREDVS ADOLPHVS MEY
ZVSCENDORFF. MISN.

LIPSIAE
EX OFFICINA BÜTTNERIA.

